





XXXIII

CARMINA GRA-  
TULATORIA,

In

NATALEM

VIRI

Reverendâ Dignitate, Claritate, omni-  
modâ eruditione, longoq; rerum usu

Excellentissimi,

DN.

GREGORII FRANCI

SS.<sup>a</sup> THEOLOGIÆ D.

& P. P. &c.

In

Illustri Marchionum

Athenæo,

Feliciori illucescentem sidere,

*Prid. Id. Martij*

Anno Christi

MDCXXXIII.

Ætatis verò L.

SCRIPTA

à


VOLENTIBUS,

DEBENTIBUS,

&

impressa typis

MICHAELIS KOCHII.



I.



I mibi Peligni felicia ab indole  
Vatis  
Carmina deflueret, & si Thym-  
bræū Homeri  
Andiniq; senis rerum mea ver-  
ba gravaret  
Pondere, vota tibi merito stil-  
lantia succis

Hyblais, ac tincta sacris Aganippidos undis  
Luce sub hac canerem, nixu genetricis in oras  
Luminis aërias quâ, SORTE FAVENTE, reclusum  
Atque satum dulci Te fontis Musa liquore  
Castalij aspersit primum, mentisque Thalia  
Expolijt donis Doctor, quò grande Lycæi  
Te columnen nostri, sacris & in artibus omnis  
Præclarum tellus veneretur Marchica lumen.  
Usque sed est adeò nobis exhausta facultas  
Ingenij, & stagni nobis exaruit humor  
Omnis Cyrrhai, spatiiq; coërcuit arctis  
Nos brevis hora, tuo dignum producere carmen  
Ut genione queam: nec, si mea nectare vena  
Ambrosio fueret, laudes sat carmine ferrem.

Quid faciam ergò? pijs venerabor cœlica verbis  
Numina, quò præstent, tibi faustas afferat horas  
Phœbus, & Oceani cunctas simul inferat undis

A 2

Tristitias

*Tristitias, letamq; diem tibi sepè reducat  
Istam; quasq; cohors Heliconia gutture Phœbè  
Depromit suavi, quas tota Academia, voces,  
Voces has & Ego letanti pectore rumpam:*  
**GREGORIUS** Noster vivat felicia **FRANCUS**  
*Tempora, vivat Jo columenq; decusq;, cateruæ  
Cecropia, benè vivat Io, me consiliisq;  
Ornet & auxilijs, Iô vivat Nestoris annos.*

In sinceræ congratulationis, & obser-  
vantia debitæ signum.

hoc quaecunque votum  
deproperabat calamus

**DAVIDIS BERGII**  
Colbergâ-Pomerani.

---

**II.**  
**GRÆGORIUS FRANCUS**  
**DOCTOR.**

*ἐν ἀναγκαμματισμῶ :*

**ECC'**, **ORANS**, **GRADU FORTI SURGO**,  
**SURGO**, **AC FRICO**, **NESTOR GRADU**,  
**SUCCO NARDUS**, **OGGERO FRATRI.**

**E**CCe, quid insomnes, Celeberrime **FRANCE**,  
laboris

*Sisyphii curas pectore mæstus agis?*

*Cum*

Cum tamen undarum cumulos subsistere cernas,  
AC juga dura boves, sæpe, referre domum:  
Cumq̄, favente Deo, festivis plausibus ista,  
ORANS quam repetis, sit celebranda dies.  
Quin potiùs faciles gaudenti pectore vultus  
Indue, letifico plaude tibiq̄, GRADU.  
Nam, tibi GREGORII roseo cum lumine nomen:  
Reddat ut Eoâ Phæbus ab axe, vides.  
Hac Te mente, sono, vultu, gestuq̄, triumphos  
Plaudere luce, Deo grataq̄, ferre, decet.  
Hac Me luce metrum, FORTI licet amne madescat  
Non mea Pierio Musa, polire decet.  
SURGO, levi, frontem dum per-FRICO, carmine  
SURGO,  
Actibi de veteri vincula more fero.  
Nam tua, cum meritis, summa nos semina pungunt,  
Aoniisq̄, docentnectere verba modis.  
Tu Vigil, haud fictâ superi pietate Monarchæ  
Jussa colens, sanctus, diceris, esq̄, vigil:  
Es vigil: Ingenio Pallas, sub gutture Ulysses  
Ac NESTOR, Phæbus corde tuoq̄, sedent:  
Atq̄, Fides, Pietas, Labor, Experientia, Candor,  
Virtutesq̄, aliæ, Te super astra vehunt:  
Tota GRADU, SUCCOq̄, tuo, preciosior ulla  
Quo non est NARDUS, Teutonius ora stu-  
pet:

A 3

Et

Et licet adversã jaçteris sorte, tenorem  
Tu tamen inceptum, ceu Philomela, tenes.  
Verbis haud opus est multis, non exprimo verbis,  
Sed miror, pectus nam neq; verba trahunt.  
Purior es, tandem complectar ut omnia verbo,  
Carpere Momus edax quàm vel ut ipse queat.  
Ergò tibi letos, DOCTOR Clarissime, vultus  
OGGERO, & hos imo pectore mitto sonos:  
Fausto splendescat, fausto vadat, tibi fausto  
Sæpius hæc redeat sidere, fausta dies.  
Te nec corripiant morbi, nec spicula tangant  
Mortis, ut hinc FRATRI grata, Deoq; feras.  
Tu senis exuperes Pylæi tria secla; sed omnes,  
Qui non ista vovent, Divq; Deaq; premant.

ΔΙΣΙΧΟΝ  
Annum, Mensem & Diem S. GREGORII,  
juxtaq; nostri hujus GREGORII  
ætatem continens.

LV Ce eX blse Xtã haC, LVstrls bls qVInqVe peraCtIs,  
MartIs Vt eXVrglt CLarVs In Vrbe, pIVs!

debitæ observantiæ,  
grati animi ergò  
summã cum congratulatione  
tenuia hæc F.

CHRISTIANUS FRIDERICI  
Neoburgo-Anhaltinus.

Complan.



### III.

**C**omplaudunt Charites! Charitum superaddere  
plausus

Plausibus intendit nostra Thalia suos.

Quidni? Lux oritur, lux optatissima cælo,

Digna Viro Eximio, concelebranda piis.

Lux, inquam, nova lux, Magni Geniale Patroni

Lumen, quod faustum clara reducit Eos.

Ast opus heic fatear! lucē hanc quod cernat Ocellus

Non absumentorum, est dextra benigna DEI,

Dextra benigna DEI est: procul hinc quod Mar-  
tis avari

Cedant cum pravis, vota cruenta, dolis.

Zanxum mimorum crepitus quod desinat aures

Cingere Castalidum, est dextra benigna DEI.

Ergo pias merito laudes primæq; J FHOVÆ

Dicimus, athercā cuius ab arce venit

Hac optata quies, pax hæc, pax optima rerum,

Pax, quā stante Deum turba novena viget.

Sed mitto laudes: illum mea Musa revisat,

A quo digressa est, quemq; reliquit, agrum.

Natalistuus est! Charites gratantia vota

Pangere cum Musis, Magne Patrone, jubent.

Quid verò faciam? proprio splendore refulgens

Ingenium, laudem, lucentensq; suā?

Magnus es, & magno dotatus nomine sacra

Virtutis, calamo Mystica bella geris.

EST

*Est tua nota Fides, tua cura paterna, saluti  
Prospiciens juvenum, quos tenet artis amor.  
Adde caput laudis: quæ charo in pectore floret,  
Est hæc Eusebii victima grata DEO.  
Hæc est, quæ splendet fulgentis Læspidis instar,  
Quæq; pio seruo præmia digna feres.  
Fausto, nimirum, natalis sidere curret  
Sapiens, & pelles dira pericula procul.  
Ad fontes itidem satages deducere alumnos  
Divinae Sophiae Dexteritate tuâ.  
Tandem confecto stadio, curisq; solutus,  
Quod precor & rogo, cœlica regna petes.*

debitæ reverentiæ  
summissæq; observantiæ  
ergo

A. D. GREGORII, Anno

*quo suspiramus*

Post Varlos CasVs TV tanDeM

IöVa IVVato,

ita comprecabatur

**THEODORUS-CHRISTOPHORUS**

**CAUTIUS Bernburgo-Anhal-**

**tinus.**



Cl 1926

ULB Halle 3  
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich  
Buchbindereimeritor  
Merseburg a. S.

1017







Farbkarte #13

B.I.G.

GRA-  
A,  
M  
itate, omni-  
rerum usu

RANCI  
IÆ D.

onum

fidere,

II.

III.

